Lib. XVII. Tit. I.

Mandati vel contra.

§. 1. *Generalia:*

Contractus conſenſuales ſubſtantiam capiunt, quamprimum partes conſenſerint, etſi nihil ſcriptum, traditumve ſit.

Conſenſus exprimitur

vel per verba, nutum, epiſtolam, nuntium:

vel re ipsâ. v. g.

1. Si quis meum agrum me præſente vendat, & ego pretium ſumam.
2. Si præſens patiar meo nomine quid fieri, mandaſſe præſumor.

§. 2. *In ſpecie:*

Mandatum eſt contractus conſenſualis,

quo, rogante & committente aliquo, negotium nomine ejus gerendum, quis gratis ſuſcipit. Ejus notentur

1. *Subjecta* velut efficientia h. e. Perſonæ contrahentes.
2. *Materia* ſ. *Objectum*, nempe Negotia. 3. *Forma*. 4. *Effectus*. 5. *Contraria*.

§. 3. (1) *Subjecta* h. e. Perſonæ ſunt

1. Mandans ſ. mandator: dominus negotii: etiam deportatus
2. Mandatarius: Procurator.

Mandatarius ſubdelegare poteſt; Procurator lite conteſtatâ alium ſubſtituere poteſt.

Hodie tamen non niſi mandatum habeat expreſſum.

§. 4.